

R. P. THOMAS
SANCHEZ
CORDUBENSIS
E SOCIETATE IESU
D. E.
SACRAMENTUM
DISPUTATIONUM
TOMUS TERTIUS
IN QUO CONTINENTUR LIBER VII
DE DISPENSATIONIBUS: IX qui est de DUBIO CONCORDANTIA
DE X qui est de DUBIO: tandem accedunt in fine ALIQUOT
de Sacramentis: Compendium studium Augustini de Sacramentis
de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis
de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis
de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis: de Sacramentis

VITERBII, MDCLIV.
Prostant
VENETIS
Apud NICOLAUM PIZZANAM



LIBER OCTAVUS. DE DISPENSATIONIBUS.

P R O O E M I U M.



Ractatus hic utilissimus est, quod non reperitur ita continuatus apud Doctores, sed ex variis locis petenda sint, quae dicuntur: cum tamen passim difficultates non exiguae circa dispensationes suboriantur. Cum autem dispensatio triplici nomine vitari possit: primo defectu potestatis in dispensante, secundo defectu causae, tertio defectu impetrantis: hunc ordinem sequemur. Primo loco praemissa duplici disputatione de larga vel stricta dispensationis & potestatis dispensandi interpretatione, agemus de iis, quibus dispensandi potestas convenit; non quidem in universum, peteret enim longiorem tractatum res haec, sed de iis, qui in matrimonium dirimentibus dispensare possunt, & in votis, quae illud impediunt, praemissis aliquibus disputationibus generalibus quae magis necessariae sunt, de dispensandi potestate. Secundo loco de causa requisita ad valorem dispensationis, vel ut licite concedatur. Ubi & explicabimus causas sufficientes ad dispensandum in dirimentibus matrimonium, & votis, quae illud impediunt. Tertio loco de defectu ex parte impetrantis, eo quod veritatem taceat, vel falsitatem exprimat, aut careat mandato ad impetrandam alteri dispensationem; & explicabimus, quae necessario narranda sint de dispensationibus matrimonii. Quarto loco modos explicabimus, quibus dispensatio semel concessa extingui possit; ubi disputabitur, an morte concedentis, vel ejus, cui expedienda committitur, aut cessatione officii, aut renuntiatione impetrantis, aut unico usu, aut egressu territorium dispensantis, aut revocatione per concedentem facta cesset: aut cessante causa concessionis. Demum explicabimus clausulas dispensationum, quae in foro interno, vel externo, circa vota ac cetera matrimonii impedimenta, in curia Romana expediuntur: & cujus expensis impetrandae sint.

DISPUTATIO I.

Quid sit dispensatio: & ante late, potius vel stricte, interpretanda sit?

S U M M A R I U M.

Qualiter differant dispensatio, irritatio, obligatio, derogatio, interpretatio legis: & dispensatio, ac privilegium: & an hoc causam exorat, nu. 1.
Explicatur descriptio dispensationis, 2.
Dispensatio est stricto interpretanda, 3.
An beneficium Principis & dispensatio sint late interpretanda, quando non cedunt in praedictum tertii: sed in concedentis praedictum, & explicantur c. Olim, de verb. signif. c. l. Beneficium, ff. de constit. principis, 4.
An dispensatio motu proprio concessa late interpretanda, 5.
Quando censetur motu proprio concessa: & an id posse testibus probari, 6.
An late interpretetur, quando est clausula in corpore juris, 7.
An dum versatur circa juris communis materiam, intelligatur juxta illud, 8.
An licentia testandi convalescere faciat testamentum illam praecedens, 9.
An extendatur juxta proprietatem verborum dispensatio, 10.
An extendatur ultra verba ex mente concedentis, & enodatur c. Porro, de privilegiis, 11.
An extendatur, quando est in statuto, & reducit rem ad jus commune, 12.
Quid, quando non privatis, sed toti religioni conceditur, 13.
Quid de dispensatione causa studii ad non residendum, 14.
Quid, si dispensatio sit debita, 15.
An debeat intelligi juxta materiam naturam: & ita ut non sit capiosa, 16.
An licentia testandi ardeat ad prius testamentum. Refertur opinio num. 17.
Proponitur sententia Auctoris, 18.
An dispensatio extendatur ad connexa necessario: & dispensatio in pluralitate beneficiorum, ad non residendum: & Tibon. Sanchez de Matrime. Tom. III.

in etate ad curatum, ad recipiendos ordines intra annum, 19.
Quid, si ea possint separari: & dispensatio ad non residendum, an extendatur ad fructuum perceptionem, 20.
Quid, si principale in quo dispensatur, obtineat effectum, sed non ita late, 21.
An quando habet causam favorabilem, extendatur ad connexum separabile, 22.
Quid, si is cum quo dispensatur, sit tantum inhabilis ad accessorium ratione principalis: & an bis cum quo dispensatur in etate ad ordines, habeat vocem in capitulo, 23.
An Episcopus ex dispensatione differens consecrari, retineat beneficia, 24.
An mittens subditum ab alieno Episcopo promovendum, censetur illi committere posse cum eo dispensare. Et explicatur. Trid. sess. 25. cap. 9. de resor. an Episcopus potest initiare famulum triennale, posse subinde cum eo in interstitio aut defectu natalium dispensare, 25.
An dispensatio illegitimi ad ordines, vel ad clericatum, sit ad omnes ordines, 26.
An ea extendatur ut capax sit beneficii, 27.
Quid, si ea dispensatio sit totalis: & quando sic facta censetur, 28.
An large interpretanda sit quando conceditur a potestate condere legem, 29.
An dispensatio ad matrimonium sit favorabilis, & amplianda, 30.
An in dispensatione valeat argumentum ab identitate rationis, vel a majori ad minus. Refertur quaedam sententia. Proponitur sententia Auctoris, 32.
An id argumentum valeat, quando dispensatio est favorabilis. Et enodatur c. Per venerabilem, qui filii sunt legit. & c. Quod dilecto, de consang. 33.
An valeat quando exprimitur ratio in ipsa dispensatione, 34.
Quid quando minus in majori includitur, 35.
Quid quando dispensatio est a lege concessa, 36.
Quid si major & minus sint in eodem genere, 37.
An potens ex privilegio testari, possit coadjuvum, & donationem causa mortis facere, 38.

An concessio ovorum extendatur ad lacticia, & concessio carum ad utraque, 32.

Quæstio hæc potest disputari de ipsamet dispensatione, & de dispensandi potestate. In presenti est sermo de ipsa dispensatione: & in seq. disp. inquiratur de dispensandi potestate. Præmittendum autem est differre dispensationem, interpretationem, irritationem, & abrogationem legis. Nam irritare est legem impedire & cassare, ne robur obligandi consequatur. Ut si legem a civibus constitutam, Principis confirmatione indigentem, ut obliget, Princeps minime confirmet, sed casset. Abrogare est, postquam vim obligandi adeptæ est, eam omnino cessare. Dispensare est, aliquam a lege eximere, casu quo ad illam tenebatur. Interpretari est, declarare eam vi obligandi carere in tali evento. Quare interpretatio petit vim casum occurrere, ut in eo cesset omnino legis vis ac obligatio. Ad dispensatio solum petit causam justam adesse, quæ merito anam præbeat, ut per gratiam ad dispensationem relaxetur legis obligatio: quia relaxatio nulla, vere lex in eo eventu obligaret. Sic animadvertunt niversi, & specialiter Satus l.1. de jure q.7. c.3. col. 2. vers. Quo hæc autem, Azor lib. 5. inf. moral. c. 15. statim in princ. Differunt etiam derogatio & abrogatio legis. Quod hæc fit, cum legislator eam omnino cassat; illa vero, cum ex parte legem tollit. Ut expresse habetur l. Drogatur 102. ff. de verb. signif. Quamvis autem hæc sit, aliquando dispensatio sumitur improprie pro juris declaratione. Ut c. Quinquagesima, de iurejur. & bene animadvertit Speculatur. de dispens. s. Dispensatio, paulo post princ. Differunt autem dispensatio & privilegium, quia hoc sine causa concedi potest: quam tamen illi scilicet, ut sic Rebus, in concordatis in forma mandati apostolici, super v. Dispensationum, ver. Juste dispensationis, Mandatus in praxi signatur v. Dispensationes, ver. Hic quæri possent, Manuel q. reg. 2. q. 46. art. 2. At hoc caute intelligendum est, nam privilegium cum dicatur quasi lex privata, si proprie sumatur, est concessio contra jus, ac proinde idem quod dispensatio, (ut bene tradit Sylv. v. Privilegium q. 3.) qui bene subdit sumi aliquando large pro concessione præter jus. Et in hac significatione acceptum differet a dispensatione modo explicato. Ut si Princeps concedat aliquid de ius, quæ sibi competunt, ut potestatem dispensandi, legitimandi, non erit proprie contra, sed præter jus, ac ideo illi privilegium non exigit causam. Ad dispensatio semper exigit causam, utpote quæ semper est contra jus.

Definitur autem hic dispensatio. Est juris relaxatio facta cum cognitione causæ ab eo, qui potest relaxare. Sic definiunt gl. c. Nihil in v. Ut plerique, q. 7. Innoc. c. Dilectus, n. 4. de temp. ordi. c. ubi Jo. And. n. 6. An. n. 10. Abbas n. 5. Card. n. 2. Bellam. n. 5. q. 2. Arch. c. Licet can. n. 2. de elec. in 6. idem Abbas c. 2. n. 4. de schism. c. ubi Anan. n. 3. Imola l. Quidam consulat. n. 8. ff. de re judic. Navar. sum. pralud. d. n. 15. Et ex Theologis, Gratius l. p. de disp. c. 31. n. 1. Manuel q. reg. 2. q. 46. a. 1. Sed hæc definitio non præcisam dispensationis naturam explicat: sed etiam requirit ut hæc fiat. Nam si legislator in sua lege dispenset absque causæ cognitione, vera erit dispensatio, non tamen licita, ut suo loco videbimus. Quare si præcisam dispensationis naturam explicet, sic definienda est: Est juris relaxatio, a potestatem relaxandi habente facta: per illam particularem, relaxatio, differt ab interpretatione, abrogatione, derogatione, irritatione (ut num. præcedi diximus.) At illa particula, ab habente potestatem facta, explicat causam efficientem dispensationis.

Sic ergo conclusio. Dispensatio est adeo stricte interpretanda, ut si aliquid operetur, extendenda amplius non sit. Habetur expresse cap. 1. s. Ille vero, de filiis presb. in 6. & ratio est, quia exorbitat a iure communi. Et suffragatur quia lex, quæ omnibus est æqua, si jus commune lædat, vel ipsum corrigens, est odiosa, & valde restringenda, reg. Quæ a iure, de reg. jur. in 6. Nedam concessio & dispensatio particularis jus ipsam violans, erit odiosa, & stricte intelligenda. Et sic universi Doctores animadvertunt.

Hinc deducitur intellectus ad c. Olim, de verb. signif. c. l. Benef. ff. de constit. princ. ex quibus textibus constat, beneficium Principis latissime interpretandum esse. Cum ergo dispensatio sit quoddam Principis beneficium, debet latissime interpretari: contra c. 1. de filiis presb. in 6. Quidam hæc textus intelligunt, vel de privilegiis, quæ solum sunt præter jus, vel etiam de veris dispensationibus contra jus, quando in nullius præjudicium, sed solius juris communis derogationem vergat. Quare sentiant hæc esse latissime interpretandas. Sic Speculatur. de dispens. s. ult. num. 2. vers. Quid si dispensatus est cum aliquo, Arch. c. Nos consuetudinem, in f. d. 12. c. Quoniam, n. 2. d. 69. Valde conf. 60. n. 3. col. 1. Verum merito hoc improbant Ant. c. Litteras, n. 10. ff. c. ubi Abbas n. 7. de filiis presb. Quod textus d. c. 1. s. Ille vero, eod. tit. in 6. eam solum restringenda dispensationis rationem reddat, quod a iure communi exorbitet. Et ideo optime Fel. c. postul. n. 8. vers. Unde dicit, de rescript. f. d. c. Benef. n. 38. Nata conf. 163. n. 5. Brunor. in suo compend. lit. D. v. Dispensationes odiosæ, afferunt stricte intelligendam dispensationem, quamvis solum jus commune lædat. Item quia dispensatio illegitima ad ordines, nulli præterquam juri communi nocet, & tamen valde restringitur, (ut plurimis allegatis dicemus num. 26.) Demum quia alias nullum esset dif-

crimen inter ipsam dispensationem, ac potestatem dispensandi. Cum hæc quoque tantum late interpretetur, quando in nullius præjudicium cedit, (ut dicemus disp. seq. n. 3.) Ac omnes (ut dicemus ibi n. 1.) id discrimen institunt, ut illa stricte, hæc autem late exponenda sit. Quamobrem legitimis eorum textuum intellectus est, ut intelligatur de beneficio Principis nil contra jus, sed solum præter illud concedens. Id enim, utpote juri non repugnans, est latissime interpretandum, (ut diximus adhibentes exemplum nu. 1. sine.) Secus ubi concederet aliquod contra jus commune: tunc enim esset vera dispensatio stricte intelligenda. Et id voluit breviter gl. d. l. Beneficium, dum subdit legem communem debere prævalere beneficio Principis. Et ita hos textus explicant gl. c. Ordinarij, v. Dispensatione, de offic. ordin. in 6. Innoc. c. Quod dilectio, fin. de consang. c. ubi Ant. num. 9. Abbas num. 7. Alex. de Novo, nu. 5. Præp. ad fin. Idem Ant. c. Olim, nu. fin. de verb. signif. c. ubi Abbas n. fin. Imola c. Nonnulli, s. Sunt etiam, ali. n. 3. de reser. Bart. d. l. Beneficium n. 3. c. ubi Jo. n. 24. c. 25. Decius conf. 32. pro tenui n. 4. c. 5. vol. 1. Fel. proxime alleg. c. n. 5. n. 5. de sum. Ang. v. Privilegium, n. 3. c. ubi Sylv. q. 3. Arnil. n. 4. c. 5. Tab. q. 3. n. 4. Mondos. reg. 23. cancel. q. 4. n. 6. Insuper, quando beneficium est præter jus, debet latissime interpretari, in solius Principis concedentis præjudicium: et in aliorum præjudicium, stricte, Sic Inn. Alex. de Novo Præp. proxime alleg. f. d. c. Benef. num. 19. c. 37. Ang. Sylv. Tab. Armilla, quos proxime retuli. Quod intellige quando est grave præjudicium, ut bene docent gl. fin. c. Olim v. ver. super. Arch. c. Quoniam, n. 2. d. 69. Valde conf. 60. n. 3. col. 1. Præterea Jo. d. l. Benef. nu. 32. citatis Cyno & Angelo limitat ut beneficium Principis, quod est solum præter jus, sit latissime interpretandum, quando est concessum proprio Principis motu: secus si ad partis instantiam concedatur. Sed dupliciter hæc limitatio, eo quod nullum esset discrimen inter id beneficium, ac veram dispensationem. Cum hæc quoque lata interpretatio habeat, cum proprio motu conceditur, (ut dicemus nu. seq.) Tandem si velis intelligere prædictos textus de quocumque beneficio Principis, quod est contra jus, atque ita est dispensatio, dic id late intelligi, ut est in concedentis præjudicium, quamvis stricte, in quantum derogat juri communi. Et ita docent Abbas d. c. Olim, n. fin. Militi in report. lit. D. v. Dispensatio nu. 24. vers. Dispensatio quatenus.

Hæc tamen conclusio aliquibus modis temperari solet. Primo, nisi dispensatio fit proprio Principis motu concessa, ob publicam utilitatem. Tunc enim ample intelligenda venit. Quod dicitur vere Principis beneficium, ac omni ambitio- ne vacans, c. Si motu proprio, de preb. in 6. ibi: Quæ de nostra mana liberalit. processit. Sic Ant. c. de f. cleric. s. De adult. nu. 14. de iud. c. c. Cum in cunctis, s. Cum vero nu. 14. de elec. c. ubi Hoff. num. 20. Jo. And. num. 18. Abbas num. 8. Decius in nova edit. num. 14. Fel. c. postul. n. 13. lim. 6. de reser. Rebus, in concordatis, in forma mandati apostolici, super clausula motu proprio, in 4. effectus, stap. de lit. g. art. 1. de v. effectus clausula. s. Quarto motu proprio nu. 2. Alex. de Novo c. Quia circa, nu. 10. de cons. Borg. ff. de irreg. 2. p. v. de inter. disp. lit. n. 23. Man. q. reg. 2. q. 46. art. 11. Sed contra hæc limitationem pugnavit videtur doctrina gl. elem. Per litteras, v. Directas, de preb. dicentis motum proprium non efficere ut amplietur gratia, vel vis propria verborum. Quare Militi in report. lit. D. v. Dispensatio n. 13. vers. Dispensatio quatenus, ait hæc gratiam non late interpretandam, sed tantum non nimis stricte. At bene Alex. de Novo proxime alleg. rem hæc explicat, sic intelligens hæc Gl. ut motus proprius non ampliet vim verborum, nec faciat gratiam extendi ultra verborum naturam; bene tamen ut extendatur, quatenus propria verborum significatio patitur.

Tunc autem solum dicitur gratia proprio motu concessa, quando Pontifex expresserit in litteris dispensationis se proprio motu concedere. Ut expresse habetur c. Si motu proprio, de preb. in 6. Cujus rationem reddemus disp. 4. n. 5. At quando Pontifex explicat se proprio motu concedere, dicitur motu proprio concessa, quamvis constet eam ab imperante petitam. Quia hæc non repugnat; sed significat Pontifex illis verbis, se non illa petitione, sed proprio motu ductum. Quod optime tradunt Bald. c. Nisi, n. 4. de offic. legati, Decius c. 2. in nova edit. n. 23. de reser. c. 51. n. 3. vol. 1. c. Conf. 602. n. 2. vol. 5. Card. conf. 95. paulo post princ. Rebus, in concord. in forma mandati apostol. super v. Motu proprio, v. Nuncquid est quod hæc clausula; c. Præter beneficium; de mandatis apostol. in clausula mandatorum, num. 21. Anst. Germ. de indulg. Card. s. Nos itaque, n. 5. Menoch. de arbit. lib. 2. centur. 3. c. 201. n. 79. ubi bene reprobatur Socin. junior. conf. 77. n. 98. vol. 1. contrarium hujus tenentem. Unde insert bene Rebus, in dicitis clausula; mandati n. 23. cum gl. ad omnia recepta d. c. Si motu proprio, v. Expresse, tunc non admitti volentem probare, ad partis petitionem concessam esse gratiam. Tum quia esset Pontificem mendacii redarguere velle. Tum etiam, quia id nil emolumentum afferret. Cum hæc non repugnet, (ut docet bene Rebus, d. Forma mandati apostol. hoc alleg.) eodem profusum tunc operabit effectus clausula, motu proprio, ac si pars non petiisset. Rursum ex his inferunt, non posse testibus probari gratiam esse proprio motu concessam. Quia d. c. Si motu proprio petitur ut impleat Pontifex in litteris id explicet. At si scriptura perdat, potest testibus probari in ea scriptura fuisse clausulam, motu proprio, ut habeat effectum clausula; motus proprii, Sic Franc. cap. 51.

c. Si motu proprio, nu. 9. de preb. in 6. Rebus, in concordatis, in forma mandati apostol. super clausula; Motu proprio, in 11. effectus, num. 24. c. 35. ff. de constit. Princ. Sylv. cit. Jo. And. v. Privilegium, q. 3. conf. 2. Mandatus conf. 724. nu. 16. vol. 3. Enrig. lib. 7. de indulg. c. 30. n. 3.

Secundo temperatur, ut intelligatur de dispensatione & privilegio, quæ privatis conceduntur; at privilegia toti religioni concessa extendenda sunt tanquam favorabili. Quod summa sit ratio quæ pro religione facit leg. Sunt persona, in fin. ff. de relig. c. sum. fun. Item quia cum non uni aut alteri personæ concedatur, sed toti religioni, aut communitati in perpetuum aequantur legi, ac proinde habentur ac si in juri corpore inserta essent: sunt enim constitutiones perpetuæ. Sic Oldrad. conf. 300. n. 4. vers. Considerandum est Enrig. alios referens, lib. 7. de indulg. c. 22. n. 3. c. 24. n. 4. fin.

Hinc deducitur dispensationem concessam ab Episcopo de 14 percipiendis fructibus in absentia causa fructu, esse late interpretandam, quod non concedatur proinde, fed causa in qua utilitas publica veritatur. Sic Oldrad. conf. 117. fin. Gambara de auctor. legat. l. 10. 277. c. 278.

Septimo temperatur, nisi dispensatio debita sit, eo quod 15 Princeps ob causam occurrentem teneatur dispensare. Tunc enim potius est favor debitus causa, & sic dilatanda est. Sic Gambara de auctor. legat. l. 10. n. 274. unde inferunt num. 277. c. nun. 278. eas dispensationes, quæ sunt necessitate vel utilitate Ecclesie exigentibus, velut ex juris debito emanantes, esse ampliandas. Quando autem teneatur Princeps dispensare, satis explicui lib. 3. disp. 10. a. nu. 2.

Octavo temperatur, ut non ita stricte intelligatur dispensatio, ut captiosa ac illuforia reddatur: ac ea rei, in qua dispensatio, natura retrahatur. Argum. ex c. Civitatis, de sent. excomm. in 6. Quia privilegium debet intelligi juxta materiam, in quam cadit naturam, l. In contradiu; s. fin. c. de non. pec. c. l. Si uno, ff. locati. Et constat ex exemplo, quod in sequenti adhibeo. Sic docet Sarm. de redd. Eccl. p. 4. l. 4. n. 4.

Hinc deducitur decisio illius quædam licentia testandi concessa monachis, vel Episcopis per Pontificem, arctetur ad primam testamentum: ita ut si illud revocent, nequeant postea secundum conficere. Quia in re aliqui affirmant eam licentiam extingui primo testamento condico: adeo juxta hæc sententiam dicendum est, secundo postea confecto prævalere priorem: eo quod secundum ex potestatis defectu vim fortis nequeat. Ducuntur quod ea testandi facultas fit dispensatio quedam immutans bonorum Ecclesiasticorum naturam & institutionem: ac proinde tanquam odiosa, restringenda sit. Deinde, de prima vice intelligitur, l. Bover, s. Hoc sermo, ff. de verb. signif. Et ita sustinent Decius conf. 312. n. 16. vol. 4. Socinus junior conf. 89. n. 24. c. seq. vol. 1. dicens sic respondeat indignis jurisperitos quæ hac agitata, Tirag. dicit. l. Bover, s. Hoc sermons, in princ. n. 128. vers. 88. Curius junior conf. 178. ad fin. Cov. c. Cum in officio, in primo ed. n. 6. de testam. Bunsanus conf. 30. n. 36. vol. 1. & in quodam simili tenet idem Gregor. Lopez l. 23. v. Non valda, q. 17. in fin. tit. 9. p. 6. dicit enim facultatem instituentem majus revocabiles extingui primo actu, ac proinde eo revocato non esse integrum revocanti aliam institueri.

At longe probabilius est, eam facultatem non extingui primo actu, sed virtute illius licentia; quoties liberit, testamentum facere usque ad mortem, ac prius factum revocare. Quia non est ea dispensatio ita stricte interpretanda, ut reddatur illuforia, ac contra testamenti naturam, quæ est ut usque ad mortem revocari possit, adeo ut nullam legem contra hoc sibi testans imponere valeat, quin ab ea tanquam testamenti naturæ contraria recedat liceat. l. Si quis, in princ. ff. de leg. 3. Præterea quia l. Bover, s. Hoc sermo, ff. de verb. signif. decidens sermone simpliciter prolatum intelligi de prima vice, intelligitur nisi aliud ille fit suapte natura revocabilis (ut alios referens tradit ibi Tirag. l. 17. n. 1.) Et ex his manent soluta fundamenta contraria. Et ideo hæc partem ruenur Navar. trad. de redd. Eccl. q. 3. n. 23. c. 24. c. in apolog. de redd. lit. qu. 3. monito 9. n. 3. Albanus trad. de Card. qu. 48. Covar. recitans palinodiam, c. Cum in officio, n. 8. in post. edit. de testam. Peralta l. Si quis in princ. n. 49. ff. de leg. 3. Tello l. 35. Tauri nu. 1. c. lib. 4. n. 6. quamvis nu. 13. cogitandum relinquat, Molin. lib. 2. de primog. c. 11. n. 45. & latissime probans Sarm. de redd. p. 4. c. 4. nu. 3. Matiezo lib. 4. recop. t. 4. l. 3. nu. 5. c. 19. gl. n. 3. Ferrerius conf. 13. in princ. vol. 1. Hier. Gabr. conf. 85. a. num. 27. vol. 1. Barbosa l. Divortio 8. s. Quod in anno, nu. 19. ff. solut. matr. Cervantes l. 4. Tauri nu. 80. Et ex Theologis Molin. to. 1. de iustit. tr. 2. disp. 151. ad fin. Manuel q. reg. 1. 3. q. 69. art. 5. Et in simili nempe, in facultate regia ad institutum majus revocabilem, tradunt dicentes eam non extingui primo actu, sed posse semper revocari primum, & aliud institui, Greg. Lopez sibi contrarius eadem l. 32. v. Non valda q. 21. 1. 9. 6. Molina d. c. 11. n. 45. Cervantes d. l. 4. n. 83.

Nono temperatur, ut dispensatio non ita stricte colligatur, 19 quod necessario & inseparabiliter connexa extendatur. Quod univèrsi fatentur, ne dispensatio suo effectu frustretur. Hinc dispensatio ad plura beneficia, extenditur ad licentiam non reddendi in utroque, sed in sololtero. Ut bene docent gl. Non potest, v. Retinere, de preb. in 6. c. Si quis in clevo, v. Solem. 7. q. 1. c. ubi Arch. ff. l. c. Quia in tantum, v. Plures de preb. c. ubi Thom. Sanchez de Matrim. Tom. III.

ratione.) Et ideo hæc limitationem tradunt Ant. Olim, n. 6. c. 7. de verb. sign. c. ubi Abbas n. 5. Jafon l. Beneficium, num. 24. c. 35. ff. de constit. Princ. Sylv. cit. Jo. And. v. Privilegium, q. 3. conf. 2. Mandatus conf. 724. nu. 16. vol. 3. Enrig. lib. 7. de indulg. c. 30. n. 3.

Sexto temperatur, ut intelligatur de dispensatione & privilegio, quæ privatis conceduntur; at privilegia toti religioni concessa extendenda sunt tanquam favorabili. Quod summa sit ratio quæ pro religione facit leg. Sunt persona, in fin. ff. de relig. c. sum. fun. Item quia cum non uni aut alteri personæ concedatur, sed toti religioni, aut communitati in perpetuum aequantur legi, ac proinde habentur ac si in juri corpore inserta essent: sunt enim constitutiones perpetuæ. Sic Oldrad. conf. 300. n. 4. vers. Considerandum est Enrig. alios referens, lib. 7. de indulg. c. 22. n. 3. c. 24. n. 4. fin.

Hinc deducitur dispensationem concessam ab Episcopo de 14 percipiendis fructibus in absentia causa fructu, esse late interpretandam, quod non concedatur proinde, fed causa in qua utilitas publica veritatur. Sic Oldrad. conf. 117. fin. Gambara de auctor. legat. l. 10. 277. c. 278.

Septimo temperatur, nisi dispensatio debita sit, eo quod 15 Princeps ob causam occurrentem teneatur dispensare. Tunc enim potius est favor debitus causa, & sic dilatanda est. Sic Gambara de auctor. legat. l. 10. n. 274. unde inferunt num. 277. c. nun. 278. eas dispensationes, quæ sunt necessitate vel utilitate Ecclesie exigentibus, velut ex juris debito emanantes, esse ampliandas. Quando autem teneatur Princeps dispensare, satis explicui lib. 3. disp. 10. a. nu. 2.

Octavo temperatur, ut non ita stricte intelligatur dispensatio, ut captiosa ac illuforia reddatur: ac ea rei, in qua dispensatio, natura retrahatur. Argum. ex c. Civitatis, de sent. excomm. in 6. Quia privilegium debet intelligi juxta materiam, in quam cadit naturam, l. In contradiu; s. fin. c. de non. pec. c. l. Si uno, ff. locati. Et constat ex exemplo, quod in sequenti adhibeo. Sic docet Sarm. de redd. Eccl. p. 4. l. 4. n. 4.

Hinc deducitur decisio illius quædam licentia testandi concessa monachis, vel Episcopis per Pontificem, arctetur ad primam testamentum: ita ut si illud revocent, nequeant postea secundum conficere. Quia in re aliqui affirmant eam licentiam extingui primo testamento condico: adeo juxta hæc sententiam dicendum est, secundo postea confecto prævalere priorem: eo quod secundum ex potestatis defectu vim fortis nequeat. Ducuntur quod ea testandi facultas fit dispensatio quedam immutans bonorum Ecclesiasticorum naturam & institutionem: ac proinde tanquam odiosa, restringenda sit. Deinde, de prima vice intelligitur, l. Bover, s. Hoc sermo, ff. de verb. signif. Et ita sustinent Decius conf. 312. n. 16. vol. 4. Socinus junior conf. 89. n. 24. c. seq. vol. 1. dicens sic respondeat indignis jurisperitos quæ hac agitata, Tirag. dicit. l. Bover, s. Hoc sermons, in princ. n. 128. vers. 88. Curius junior conf. 178. ad fin. Cov. c. Cum in officio, in primo ed. n. 6. de testam. Bunsanus conf. 30. n. 36. vol. 1. & in quodam simili tenet idem Gregor. Lopez l. 23. v. Non valda, q. 17. in fin. tit. 9. p. 6. dicit enim facultatem instituentem majus revocabiles extingui primo actu, ac proinde eo revocato non esse integrum revocanti aliam institueri.

